

DEO DUCE
DISPUTATIO JURIDICA IV.
I N

TITULOS
LIBRI DecimiQuinti,
16. 17. 18. 19. 20. 21.
22di. Digestorum.
Cum Collatione Juris Svecani.

P R E S I D E
V I R O Amplissimo ac Consultiss.
MICHAELE O. VVEXIONIO,
J. U. D. ac Juris, Polit: & Hist: Profess:
laudatiss: Meccenate ac Præceptore
æternùm suscipiendo.

Auth. & Resp.

JACOBO P. CHRONANDRO W.G.

Publicè Proposita ad diem 27. Junij An. 1650.

A B O Æ.

Imprimebat PETRUS WALD/ Acad. Typ. A. 1650.

EX LIBRIS
BIBLIOTHECA

TITULOS

LIBRI DECIMUS
IN 17. 18. 19. 20. 21.

22. 23. 24. 25. 26.
27. 28. 29. 30. 31.

32. 33. 34. 35. 36.
37. 38. 39. 40. 41.

42. 43. 44. 45. 46.
47. 48. 49. 50. 51.

JACOBO R. CHRONANDRO W.G.
1812. 1813. 1814. 1815.

A. R. O. M.
Impressoribus Parisiis, 1815.



TRANSITIO.

Proximè cœpimus agere de istis contractibus ubi alius per alium obligatur, sequuntur jam specialiter istæ actiones, quæ in patrem, ex contractu filij & in dominum, ex contractu servi, competunt, ut quisvis ex æquo & bono suum consequatur.

THESIS I.

LIBER

15.

Actio de peculio est, quâ Pater vel dominus tenetur filij serviq; obligationi satisfacere, quatenus æquitas & peculium patiuntur.

Tit: 1.

De Peculio
Cod: Lib. 4.

Tit: 26.

2. Peculium est quasi pusillum (ut pecunia magnum) patrimonium filijfam: aut servi, permissu patrum aut dominorum acquisitum, ac â patris vel domini bonis separatum.

3. Servorum (qui alias omnia

A 2

domi-

dominis acquirebant) peculium unum est scilicet: quod frugalitate de suo demento parcendo, vel suis officijs dono aut alias labore, scientibus dominis, comparaverunt. *Filiusfam: v.*

Intelligentia est titulus Ius quem diu filius sub potestate patris est.

est 4. dupl. 1. *Castrense occasione Militiæ armatæ.* 2. *Quasi Castrense occasione Militiæ togatæ,* scilicet: publico officio aut ingenio. 3. *Adventitium*

aliunde quam à paternis bonis nepe donatione arg: C. 21. Et. L. Erff & hereditate &c. 4. *Profectitium*

(quod præcipuè hic intelligendum) ex patre vel ejus bonis per filium acquisitum. E. g. si Pater filio pecuniam dederit ut mercaturam in proprium commodum exerceret.

4. *Not:* In 1. & 2do peculio plenum dominium filiusfam:, in tertio filius proprietatem, pater usum fructum, in 4to pater plenum dominium habet.

Notabilior Lex.

5. Peculium autem deducto, quod domino debetur, computandum esse, quia prævenisse dominus & cum servo suo egisse creditur. L. 9. p. 1.

Tit: 2.

6. *Quamdiu filius vel servus in*

potest

potestate est, perpetua, quâ finita, annalis, ut cæteræ prætoriæ actiones, est hæc actio. L. 1.

Quomodo de peculio actio annalis est.

7. Actio de in rem verso solida & perpetua est quâ, qui cum filio si vel servo contraxit, agit adversus patrem vel dominum, ut tantum refundant, quantum in rem & utilitatem eorum conversum est.

Tit: 3.
De in rem verso Cod.
4. 26.

8. *Not:* Si quod in rem versum erat, perierit, id non nocere creditori. L. 3. §. 6. Non enim fatalis rei eventus hoc modo excusat ab obligatione semel acquisita. l. 10. ff. de Neg: gest.

9. In rem Domini versum intelligitur, quicquid necessariò & utiliter in rem eius impensum est. ex lege 3.

Not: Lex

10. Actio quod jussu, quâ pater vel dominus tenetur in solidum ex obligatione filij aut servi, quam eorû consensu sive jussu contraxerunt.

Tit: 4.
Quod iussa Codic: lib.
4. Tit: 26.

Arg: C. 44. §§. 22. St. 1. Edjör B.

Not: Lex

11. In solidum est hæc actio nam quodam modo cum eo contrahitur, qui iubet l. 1.

12. Fœminæ pro se in proprijs causis obligatur l. 4. Si verò alienam

LIBER
16.
Tit: 1.

Ad S. C. Velleianum
C. 4. 29.

susceperint suo periculo obligatio-
nem, intercesserint vel fidejusserint
id improbatum & per hoc Sen. con-
sultum, propter imbecillitatem sexus
liberantur & actio in pristinum de-
bitorem restituitur. ff. hic Arg: C.
4. l. 3. §. 1. St. l. Köp: B. Jus nostrum
etiam requirit virilis sexus fidejuss-
sores. Sättia borgan för sig medh
Swem eller threm boofastom Mannom
13. Köpm: l. & in jure etiam nostro
mulieres magnis gaudent privile-
gijs vid: C. 36. Edjör l. Ey må kona
Edjöre bryta/ ty at Hon må ey biltegh
wara. C. 29. Dräpm: medh willia l.
Dch böta tā engin &c. C. 8. §. 1. Crff. l.
Item C. 12. Kādst: Konu må man ey by-
sättia/vthan hon är Antio. Sine dubio
quod tunc sui sit juris. Et 21. in fine
B. B. l. Genstala Qwinnor wari frij
för nåttiom och skalla budhi. Kong: b. 4.
§. 7. Qwinno fridh.

Notabilis
ores leges

13. Hic comprehensum est ne pro ullo fe-
minæ intercederent. l. 1. Tamen deceptis non
decipientibus S. C. opitulatur l. 2. p. 2. Geminata
cautio tollit beneficium Velleianum ex l. 22. cod.

14. **Compensatio (i. e. solutio)** Tit: 2.
est debiti & crediti mutua inter se, De compen
sz: contrahentes, contributio l. 1. si. sationibus
ve contributio debiti ad debitum. Cod: 4. 31.
Sueticè dicimus, *Qwitta ar sã gott*
sãsom betala.

15. Locum habet in omnibus fe- Præcipuè
rè actionibus, exceptâ depositi l. fi. requiritur
nal: ne sub prætextu compensatio- debitum us
nis, depositarum rerum quis exacti- trinq; cer
one fraudetur. L. ult: cod: hic & tum.
differt tamen à retentione.

16. Ideò compensatio necessaria est, quia Not: leg:
intereff nostra potius non solvere quam solutum
repetere. l. 3. Creditor compensare non cogitur,
quod aliis quàm debitori suo debet l. 18.

17. Depositum est contractus re- Tit: 3.
alis, quo res certa gratuitò (honorari- Depositi.
um tn. admittit non ut mercedem Cod. lib. 4.
quia tunc esset locatio) custodienda Tit: 34.
traditur, ut eadem in specie, cum
contrahenti libuerit restituatur. C.
9. §. 1. Et l. Köpm: b. 30. Singul: b.
10. §. 1. B: B. §.

18. Est vel vulgare, quod hic defi-
nitum, vel lequestratio (quæ neces-
saria

saria vel voluntaria) quæ est rei liti-
giolæ depositio apud tertium ad de-
cisionem causæ, ut c. 14. Rôp: El. 30.
§. 3. Jord: El. 14. §. 2. Ryrer b.

Vid: l. 23.
ff. de Reg:
Juris.

19. Depositarius in J. R. si res pe-
rierit tantum dolum & latam culpam
præstabit l. 1. cod: hic, quia solius
deponentis hic est utilitas. In ju-
re autem nostro, & levissimam cul-
pam & calum fortuitum, nisi ejus bo-
na unà perierint vel ablata fuerint,
præstabit. C. 9 §. 1 El. 5. St. l. Rôp: b.
quod etiam exigit Christiana chari-
tas, & congruit cum lege 22. hic.

Notab: ll.

20 Contractus leuem ex conventionem accipit
unt. l. 1, p. 6. Non s. l. v. fide minorem alienis,
quam suis rebus diligentiam præstabit depositarius
l. 22, C. 9, l. 2. §. 5. St. l. Rôp: b.

LIB. 17.

21 Contractus inveniuntur aut RE,
ut mutuum, indebitum et modatum,
depositum, pignus; vel Verbis, ut fi-
de jussio vel Literis per Chirographum
aut ex alicujus libro, præcipue jura-
mento publicè confirmato, quod
mercatoribus non infrequens, aut
Consensu ut Emptio-Vendit: locatio-
cond. societas, mandatum. 220

Tie l. man-
dati c. 4. 35.
de quibus
in posterum
agendum.

22. Mandatum (quasi mandatum) est contractus solo consensu in-
 itus, quo Dominus negotium s. f.
 gerendum sine certâ mercede (de-
 bet n. esse gratuitû, alias locata ope-
 ra est honorarium tamen oblatum
 accipere licet (suscipienti procurato-
 ri committit. C. 15 §. 9. S. l. Jord:
 B. b. 33. Ezob. 1. & p. 15. proc:
 Jud: Not: in J. N. mandans vel con-
 ducens, ut homicidium fiat, æque te-
 netur ac ipse homicida. 47. §. 22.

Qui solo
 consensu
 absq; re ini-
 ri possit.

Vide Disp.
 2. Thest. 39
 cum seq.

S. l. Ezobres B.

23. Mandatum nisi gratuitum nullum est, nam
 originem ex officio & amicitia trahit contrarium
 Ergo est officio merces l. 1, fines mandati excedere
 non licet. l. 5, mandantis causa melior, & non
 melior deterior verò nunquam fieri potest. l. 3. Rei
 turpis & illicitæ nullum est mandatum. l. 6, p. 3.
 Procurator dolum & omnem culpam, non casum
 improvisum præstabit. l. 13, Cod: Unusquisq; est
 rei suæ moderator ac arbiter. l. 21, cod. Not: quas
 tenus ius permittit.

Notabili-
 ores leges

Nulle rea-
 rum turpio-
 rum est obli-
 gatio. de
 V. O.

24. Societas (Suet. Bolagh) est cõ-
 tractus consensualis de rebus & ope-
 ris honestis lucritq; & damnis, ex ijs
 cõmunitè habendis Vide C. 33 §.
 Jord: B. 30 Inqm: b. 23, §. 18 S. l.

Tit: 2.
 Pro socio
 cod: lib: 2
 Tit: 370

Diffinitio 3. 4 §. 2. *Tuff: b* El. 21, §. 2,
Edjör El. 16. *Stip: B* 13. El. & 9, *St. l*
Erff: 10 El. *Högib.* hinc compagne
25. Etq̄ generalis vel specialis,
utrinq; est actio B. f. pro socio di-
recta. l. 38

*Notabili-
ores leges*

26. Iniquissimum societatis genus est, ex qua
quis damnum & non lucrum spectet l. 29, Socios
inter se dolum & culpam (sz leuem) ac custodiam,
non fatale damnum prestare oportet. ex l. 52, p
2, & 3. turpium nulla est societas. l. 53. Nemo
ex sociis plus parte sua alienare potest, l. 68. Sufus
est talem diligentiam rebus communibus adhibere,
qualem suis. Itaq; qui parum diligentem sibi so-
cium acquirit de se queri potest, l. 71.

LIB: 18.

Tit: 1.

*De contras-
tenda em-
ptione & de
pactis inter
emptorem
& compositis
&c. cod: 4,
38. 40.*

27. Emptio-Venditio est contras-
tus B. f. solo consensu initus de re pro
certo pretio consequenda. l. 2, 3, 5,
& c. *Köp: b. El. St: l* 12 28, El. 7, *St. l.*
Jord: b 14, §. 2, *B. B. St. l.*

28. Requiritur 1. *Consensus* qui in
jure nostro 20bus testibus & datione
arrhæ firmandus C. l. 4, *Köp: St. l.*
& 15, El. 15, 20, *Tuff: B. El.* 2. *Merx*
vendibilis, hinc bona corona, vecti-
galia callidè 30, *Kong: El. Sacra* 14, §.
3, in fine. loca communia 31, §. 1. *B:*
B. El. uxoris vel pupillorum (nisi

*Consensus
merx & pre-
cium cons-
tituunt em-
ptionem
venditios
nem.*

certis in casibus) 16, 27, § 10, 16, St. I
 Jord: b res litigiosa sequestrata arg:
 c, 30, § 4, Jord: b. § 14, p, 2, Kyrf: B,
 Furtiva. arg: 16, 19, 20, Huff: B. § 1.
 alienæ (nisi usucapione c, 1, vel præ-
 scriptione. 14, 18, Jord: § 1. legitime
 acquisitæ) vendi aut alienari non
 possunt. 3. Pretium scilicet pecunia
 numerata aliàs est permutatio. 4.
 Persona habilis, qualis 14, p, 2, Röp: St. I
 & c aliàs emptio cum uxore, liberis,
 servis absq; consensu patrisfam: re-
 vocatur. 4, § 3, p, 1, St. I. Röp: B.
 Om förlöpp eller tvem säljes ett. Vide
 c, 14, Röp: B. St. I.

29. Quæ extra commercium sunt, earum nul-
 la est venditio. ex l, 6, vid: 14, p, 3, in fine Kyrf
 B. 31, p, 1, B. B. § 1. Ignorantia emptori pro-
 dest, quæ non in supinum hominem cadit. 1, 15,
 Mensam argente coopertam mihi ignoranti pro
 solida vendidisti imprudens, nulla est emptio. 1, 41,
 Empti fides ac venditi sine quantitate nulla est 1, 9.

Not: leg.

30. Pactum additionis in diem
 est, quo agitur ut emptio rata habe-
 atur, nisi intra statutum melior con-
 ditio offeratur. E. G. vendo tibi es-
 quum, sed si intra mensem majus
 pre-

Tit: 2.

De in diem
 additione.

pretium quis obtulerit, illum repe-
tam, conferri videtur C. 5. Rōpm: B
Bpl: L. vide varietates, Fräst merc.

Not: Lex 31. Melior conditio offerri videtur, si vel pres-
tio, quid sit additum, vel solutio facilior aut matur-
rior, vel quid utiliùs venditori offeratur ex l. 4, & l.

Tit: 3. 32. Pactum legis commissoriae est,
De lege cō- quo agitur ut si ad certum diem non
missoria di- solvatur pretiù, res sit inempta. l. 1, 2.
citur com-
missoria

33. Pactum retrovenditionis est,
quia em- quo venditori, vel ejus heredibus rem
ptor non- venditam, accepto pretio, redimendi
solvens in- venditam, accepto pretio, redimendi
hoc pas- potestas reservatur. arg: C. 9, Jord: ll.
cum com-
mittit.

Not: Lex 34. Commissa pactio est in potestate vendi-
toris suo iure uti vel non ex l. 4, p. 2, arg: C. 19,
Bong: B 22.

Tit: 4. 35. Non tantù res corporales, sed
De Heredis & incorporales, ut hereditas, actio-
rate vel acti- nes, debita vendi possunt. de quibus
one vendita nota:
cod: lib: 4.

tit: 39. 36. 1. Hereditatem defuncti non
viventis vendi, l. 1. c. 8. Erffd: Bpl: L.

2. Venditorem hereditatis non te-
neri de evictione rerum singulariù,
De emptio- 2. Venditorem hereditatis non te-
ne heredita- neri de evictione rerum singulariù,
tis agitur c. vel certæ quantitatis, nisi eam affir-
15. p. 7. & 8 maverit, quia non tanquam domi-
Bong: B nus, sed ut heres vendidit. l. 2. in pr.

682

3. Actio

3. Actiones ante, non post litem contestatam vendi posse. C. de litig:

4. Venditor nominis sive debiti præstabit debitorem esse cum effectu, non verò cum esse solvendo. l. 4.

37. Viventis nulla est hereditas ex l. 1, vpl: 2 *Notab: B.*
8; *Exffo B.* Venditor hereditatis satisficere de evic-
tione hereditatis non debet l. 2, in pr.

38. Venditionem rescindit. I. Tit: 5.
Consensus mutuus re adhuc integrâ. De rescin-
denda ven-
ditiõne &
quomodo
&c. C. 49
44 45.

2. *Dolus malus* C. 2. 3. *Tasi then åter*
vård som köpte/och then flård som sålde.
Köp: B. l. St. l. Non ita negotialis
sive iure contingens. Vide Disp: 2,
th: 34. quia in jure R. D. l. 16 de min:
licet contrahentibus se invicem de-
cipere (rectius jus nostrum 32. *Köp: B*
St. l. 16. p. 5. Kong: b. St. l.) nisi læsio
sit ultra dimidium. 3. *Error*, ut
cuprum pro auro. C. 3. p. 1. *Köp: 21.*
4. *Metus* arg: c. 13. *Köpm: l.* 5. *Ius*
retractus sive prælationis, quo tertius
sem immobilem venditam ob præ-
rogativam cognationis, vicinitatis
e. g. s. 2. *B. B. St. l.* societatis &c. re-
trahit. c. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 16, l. 1, 2, 3, 4. 5, 6

St l.

St. l. Jord: B. 32. §. 1. §. 10. St. l.
Kong: B. 27. §. 1. Ringm: B.

No. Leges 39. De iure perfecta venditione alterutro invito, nullo recedi tempore bona fides patitur. c. 13, 13; Sueticè Kóp bór gää fram cy tilbaka & quamvis duplum offeras pretium emptori tamen invitus ad rescindendam venditionem urgeri non potest. arg: c. 1, Kóp St 2 Och haffwt ingen mache &c. 1, 6, c. Dolus emptorius qualitate facti, non quantitate pretii æstimatur l. 10

Tit: 6. 40. Perfecta venditione (sz cum de pretio convenit & id quod venit apparet) periculum (prater evictionis 12. 14. Jord: §. 17. cum seq: Zuff: b ll.) & comodum rei vendita ad emptorem spectat conf: variet ad c. 12.

Res quoribus sine culpa & dolo perit, domino perit. Kóp: ll. & § Bpl: l. Kóp: B. *Not:* periculum triplicem casum significat, si res pereat, deterior fiat vel evincatur.

41. Proxenetæ & testes certo etiã modo evictionem præstare tenentur arg: c. 19, 20, Zuff: b. ll. Och winets gälde &c.

Not. leges 42. Venditor custodiam usq; ad rei traditionem & culpam, non ita fatale damnum arg: 35, p. 2, § 20, p. 4, St l B B. præstabit. ex 1, 2, arg: c. 9, § 1 & 6, St l Kóp m: B quod etiam legi naturæ convenit; Cum autem moram emptor adhibere cœpit, iam non culpam, sed dolum tantum præsta-

bit venditor. L. 17, arg: c. 23, Dräp medh wllio
L. 1. Ey äger man ennat, brunt gälda, thez
han engste upbar eller wulte. & c. 21, Edzör
L. in fin. Hic venditor exactiorem præstabit dili-
gentiam ad custodiendum, quam in suis rebus ad-
hiberet. L. 3.

43. Agitur hic de venditionibus
servorum & mancipiorum, quæ his
sæpe pactis distrahebantur, ne in illo
loco, invito venditore, morentur,
ubi illi nocere possent, vel ut in ex-
teras nationes exportarentur, ma-
numitterentur vel non, ne prostitu-
erentur, &c. quibus pactis non ser-
vatis licitum erat priori domino,
manuum iniectione suum mancipi-
um vindicare. ff. hic.

44. Actio ex empto competit
emptori adversus venditorem, quæ
petit rem sibi venditam cum omni
sua cura a tradi, unã cum fructibus &
reliquis accessionibus à tempore mo-
ræ, vel id quod interest, rem non esse
traditam. l. 1, hic c. 4, in fin: 12, 14,
18, 30, Jord: II. 7. Sel eod.

45. Ex vendito verò venditori a-
ctio competit ad consequendum pres-
tium.

Tit: 7.

De Servis
exportandis

LIB. 19.

Tit: 1.

De Actione
empti & ven-
diti c. 4, 49.

tium & omnia ea quæ ei ab emptore
præstari oportet. Arg: c. 14. Röp: ll.

Not: leges

47. Offerri pretium ab emptore debet, vendi-
tor enim quasi pignus retinere potest eam rem, quã
vendidit. l. 13, p. 8. Cum ex falsa commendati-
one res pluris iusto vendita est, in id agitur, ut
quæ ito pluris empta, eod: p. 4. Arg: c. 31. Röp: ll.
Et l. Sins nãtor then &c.

Tit: 2

Locati &
conducti c.
41. 63.

48. Locatio conductio est con-
tractus consensualis J. G. V. f. in quo
rerum c. 20, Jord: ll. 53, B: b. ll. vel
personarum, c. 15, ll 21, Et l B: b. vel
animalium 20, B: b. Et lulus certã
aliquã merce de constituitur, Vid: c.
8. ll. 33, p. 15. Et Röp: b 10, 11, 12, B: b.
Et l 16, p. 15. Radst: b 8. ll. 18. Et l.
Zuff: b

Requiritur
rei usus
merx &
consensus

49. Est temporalis ad certum tẽ-
pus c. 20, in pr: Jord: ll 21, f. 3, B: b.
Et l. vel perpetua ut Emphyteusis.
Huc etiam refert *Consultiss: Præses D.*
Jurid: 4 Cronogardor in quibus non-
nulli jus acquisitũ Bõrdziãti habent.
50. Hinc actio 2pl: locati & con-
ducti, illa locatori datur, ut condu-
ctor cum mercede c. 15, f. 1, Radst: b
rem in corruptã 2, Röp: ll. 25, Jord: ll.

14. **B. B. §. restituat.** Ubi dolus & culpa 20. **B. b. St. l. in pr.** non ita casus merè fortuitus. eod: §. 1. **Uter hant waak & c. 35. §. 2. B. b. §. præstatur.**; Hæc conductori ut locator re locatam reficiat. 14. **B. B. St. l. interesse & mercedis refusionem,** si damnum vitio rei locatæ datum sit, præstet. Neutri licet ante finitum locationis tempus contractum rescindere, aliàs vel dimidiam c. 10, 11, **B. b. St. l. 15. Skiep:** vel totam promissam mercedem c. 15, in pr: §. 2. **§. l. 12. 21, St B. b. 15. Skiep:** b. numerabit.

vid: *Krosghare & Gåstgifw: Ord: p. 19.*

51. **Locatio-Conductio** emptioni proxima est, iisdem iuris regulis constat L. 1. **Vis maior conductori** damnosa non est. 20. **B. B. p. 1, St l. 25, p. 1. Jord: Ll.** alioqui modicum damnum æque animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. L. 2. p. 6. 25, **Jord Ll.**

Notabiliores leges

52. **Expositi sunt contractus septē certi & nominati,** scilicet mutuum, commodatum, depositum, (*Reales*) & societas, mandatum, emptio venditio, locatio conductio (*Consensuales*) sequuntur innominati.

Tit: 3.
De æstimatoria actione

53. **Actio æstimatoria,** sive de æ

B

stima-

Eterna
Pläden an
glor.

stimato, est contractus innominatus (proprie enim nec est venditio nec locatio) per quam is, qui rem aliquam vendendam recepit, tenetur aut rem incorruptam, vel ejus aestimationem reddere. Qui contractus etiam apud nos non infrequens, *Manglerij*.

54. De periculo, si res ante venditionem perierit, statuunt J. Cui. Si venditor rogaverit, erit venditoris, si is, qui rem aestimato accepit, ejus erit damnum.

Tit: 4.
De rerum
permutatio
ne. Cod:
4. 64.

55. Permutatio est contractus J. G. innominatus, quo certa species, sive res pro specie vel re datur. c. 1, *Legis* ga *Sept.* 10, 14, 17, 18, 19, *El.* 8, 11, 13, 14, *Jord:* *Stil.* 6, §, 2, *Röp:* *El.* 14. *U: b ll.* 56. *Pedius* ait, alienam rem dantem nullam contrahere per mutationem. l. 1. p. 3.

Not: Lex

Tit: 5.
D: præscri-
ptis verbis
& in factum
actionibus
C, 4, 64.

57. Contractus innominati, qui proprium nomen non habent, sunt 4. do ut des, *exemptioni*, do ut facias, *locationi*, facio ut facias, *mandato*, facio ut des, *nulli* contractui, similis.

58. Ex quibus actio præscriptis verbis, quâ actor agit, ut reus suam fi-

dem

dem liberet secundum verba con-
ventionis arg: c. 33. Kong: l. Not:
nascitur ex contractibus proprio
nomine earentibus.

59. Et differt ab actione præ. in.
factum, quæ deficiente obligatione
& causa civili, vel verbis, legis ex æ-
quitate datur. In hac enim etiam
ex malificio & secundum qualitatē
facti, in illa ex sola conventionē, se-
cundum præscripta. verba agitur.

60. Cum deficient vulgaria actionum nomi-
na præscriptis verbis agendum est, l. 2. Natura e-
nim rerum conditum est, ut plura sunt negotia
quàm vocabula, l. 4. Quoties deficit actio, vel
exceptio, utilis actio vel exceptio est, l. 21.

Actio in fa-
ctum præ-
torie sub-
sidiaria.

Arg: c. 11.
Kong: l. 1.

Not: leges

LIBER
20.

TIT. I.
De pignori-
bus & Hypo-
thecis &c
Cod. de pign.
l. 14, 35, tit.

Pars Quarta. ff.

61. Peractis contractibus eorūq;
actionibus, sequantur contractuum
accidentia, quæ adjungi solent, & ea
spectant, vel ad securitatem contra-
ctus, ut pignora & Hypotheca; vel
ad complementū, ut Edilitium edi-
ctum, evictio, usuræ, vel ad probatio-
nem, ut testes & instrumenta.

B 2

62. Pi-

Plus cautios
nis in re quā
persona, l,
25, de R. J.

62. Pignus (à pugno) interdum
rem oppignoratam denotat (est jus
in re propter majorem debiti solvendi
securitatem, creditori constitutū
c. 10. 11. El. 6, 7, 8, Penningar eller Pont
10, 11, 12, 13, St. l. Köp: 7. 8. 30. §. 1. 2. §.
2. 3. §. 2. 9. St. l. Jord: b. 10. §. 1. 25. §. 1.
Wider målis pant El. 22. §. 1. St. l. B: b
17. §. 1. Erffd St. l. 14. §. 4. Kyrck: b.
21. 25. Ziuff: b. El.

63. Est 1. Publicū, quod est vel *judiciale* 14. Köp: b. El. 16. Nådst: vel *Contumacia* coërcendi causa captum 7. p.

Factum Les
gis commis
soria pigno
ri adici ni
debet cum
id gravissim
um hic
onus sit.

1. Nådst: 2. Privatum est *Conventionale* ex partium conventionem, 10. 11. 6. St. l. Köp: b. Vel *Legale* sive legitimum à legis auctoritate sine facto hominis constitutum. Sic invecsta in domum conductam tacitè pro pretio oppignorantur arg: c. 12. B. b. St. l.

64. Diff: Hypothecæ & pignoris hoc est traditæ ac mobilis 10. Köp: 11. Löföra; Illa rei non traditæ & imobilis. c. 2. p. 2. St. l. 7. 11. Jord: b. 14. p. 4. Kyrk: b. & 65.

65. Creditor in J. N. tenetur pignoris, quocumq; modo amissi (sz: constituto tempore, quo repeti deberet, non finito) nisi ejus res una perierint, aestimationem praestare. c. 6. Röp: St. l. Nec pignoris usufructum habet, c. 11. eod: Nisi in immobilibus arg: c. 27. p. 1. Fingm: b. c. 7. Jord: ll.

66. Inter pignus & Hypothecam tantum nominis sonus differt, l. 5, p. 1. Quidquid pignori, commodi sive incommodi fortuito accessit, id ad debitorem pertinet, l. 11, p. 2. Quia est pignoris dominus. Quid ius nostrum vide c. 10, ll 6, St l Röp B. Resoluto iure dantis, resolvitur etiam ius accipientis, arg: c. 5, ll St l c, 4, Röp B 19, 20, Tiuff B.

67. Pignus etiam est vel *expressum*. Tit: 2. c. 1, p. 1, Jord: St. l. vel *tacitum* expressumpta partium voluntate. Sic inventa in domum conductitiam tacite oppignorantur, arg: c. 10, 12, B. h. St. l. 24. Jord: ll. Sic etiam confecta apud artifices & transvecta a nautis alijsq; donec merces numeretur, tacite pignori dantur. Vide *Chotska Siörratten* p. 21.

Engin mä
annars
Pant nota
eller äns
wider res
maret och
skadan äs
ter.

Notab: ll.

In quibus
causis pignus
vel hypothe-
ca tacite
contrahitur
c. 5, 15.

Tit: 3. 68. Oppignorari res nequeunt, vel

quia sua naturâ nexum respuunt, ut
res extra commercium hominum,
sacra. 2, 3, 6, 14, Rpf: b. sancta, qua-
les porta & muri urbium, Publica,
universitatis; c. 29; Almenningtom/ 31

vide Disp. 1. Bibl. litigiosa c. 14. Röp: ll. 30. p. 3;
Th. 40. 41
cum seqq.

& 4; Jord: ll. 17. Et Ciff: quo etiã
referunt vestimenta & omnem sup-
pellectilem indies prorsus necessariã
l. 6. pig & hyp. quod juri Divino est
contentaneum; vel quod res, a. non
idoneis utpote non Dominis, Arg: c.
18, p. 1. Jord ll. pupillis & c. nectuntur.

Noe: Lex

69. Pignoris gratiã aliquid quod ad culturam
agri pertinet, auferri non convenit. l. 8, eod: h, t.

Tit: 4.

70. Eadem res interdum plurib;

Qui potio-
res in pigno-
re & de his
qui in prio-
ram credi-
torum los
cum succes-
dunt; c. 8,
18, 19.

obligatur, unde in persecutione pi-
gnoris lis oritur, uter alteri sit praefer-
endus, quo in casu tenenda est, re-
gula: quod potior sit in pignoris ju-
re, cui prius res obligata, l. 8. Et qui
prior est tempore potior est jure. c.
14, in pr: p. 1, Röp: b Et l. 6. Jord: ll.

Jus domi-
nii fortius
est iure pi-
gnoris,

71. Nisi posterior sit privilegiari-
us, qualis pupillus & is qui in pignus

cons

conservandum credidit l. 5, vel alienos milites, vel qui potiori solvit, ac in ejus locum successit.

72. In J. N. abiq; dubio publicam hypothecam habens praferendus est privata hypothecam habenti, arg: c. 9, p. 1, Jord: b. St. l. Si verò par est omnium creditorum conditio par erit jus & pro rata fiat distributio, arg: c. 17, p. 1, Erf: b. St. l.

73. Potior est in pignore, qui prius credidit pecuniã. Et accepit hypothecã, l. 11, p. 1. Röp: st. l.

Not: Lex

74. Effectus pignoris est si debitor noluerit solvere, permillum est creditori dominiũ consequi illudq; si adhuc solutionem protrahat, vel oppignorare ii, Röp: St. l. vel distrahere & sibi de pretio satisfacere, arg: c. 11, ll. 7, St. l. Röp: b. 7. Jord: ll.

Tit: 5.
De distractione pignorum & Hypothecarum c. 8, 28.

75. Quæ distractio in J. N. publice & solenniter peragenda, ii, Röp: ll. 10, St. l. & res immobiliẽs offerendæ sunt proximis agnatis ante distractionem, c. 1, p. 1. St. l. 7, ll. Jord: b.

76. Variè pignus solvitur l. solvitur vera 12. Röp: St. l. vel fictã, ut si creditor

Tit: 6
Quibus modis pignus

solvitur cod creditor debitum remittat, arg: c. 1,
8, 26, 31. *Jordb:* ll. vel paciscatur ne petat, 3,
vel debitor sit iudicio absolutus, aut
juraverit se non debere 12, *Röp:* St l
4, interitu pignoris l, 8, c, 10, *Röp:* ll.

Not: Lex 76. Si a iudice, quamvis per iniuriam absolu-
tus sit debitor, tamen pignus liberatur, l, 13.

LIB 21, 78. *Ædiles curules* inter alia ma-
TIT: 1, ximam e gere curam, ne emptores a
De Ædilitio venditoribus circumvenirentur, sed
ad. cto & fraudes a venditionibus amoveren-
redhibitio- tur, potissimum 3pl: ex causa 1, pro-
ne & quan- pter reticentiam rei, morbo vel vitijs
ti minoris laborantis, venditæ, arg: c, 52, *B: b.*
cod: 4, 58. llc, 3, p, 1, ll 2, p, 1, 19, 28, *Röp m: b* St l.

Tale intelli- 2, Ex dicto & promisso, ut si vendi-
gitur vitium tor dixerit aliquid abesse, quod ad-
quale rei u- est, vel adesse, quod abest: arg: c, 16,
sum impedi- p, 5, *Röngb:* St l. 32, p, 1, *Röp b:* St l.
dit. 3, Si venditor emptori de his quæ
hoc edictum jubet non caveat, utpo-
te servum non fugitivum, equum
non calcitroium esse, edere, bibere,
& e posse, arg: 32, *Röp b:* St l. *Stal*
then Non wama & c.

79. Duplex hic adversus fraudes

& la siones in emptione proponitur
 remedium 1. Est actio redhibitoria
 (quia res venditori redhibetur) seu
 redhibitio, quæ est venditionis resolu-
 tutio quâ omnia in integrum resti-
 tuuntur quasi venditio contracta nō
 fuisset, quod fit redditâ re venditâ &
 recepto pretio. c. 2, 3, Rōp: b. Falli åter
 & c. c. 14, 30, §. 2, El. 7. St. 1. Jord: b.
 80. 2dum est actio æstimatoria,
 seu quanti minoris, quâ emptor à
 venditore partem pretij traditi re-
 petit, ab rei venditæ vitium quod ce-
 latum est, si uterq; vitium ignorave-
 rit arg: C. 32. Rōp: St. 1. Fålle aff i pe-
 ningom & c. alias si venditor astutè
 vitium celaverit, quidquid damni e-
 jus fraude accidit, sarcire & etiâ furti
 arg: c. 3, §. 2, Rōp: B. St. 2. El. tenetur.
 81. Cavetur etiam hoc in edicto,
 ne quis animal solutum vel ligatum
 habeat, quâ vulgo iter fit ut nocere
 possit l. 40, vid: c. 17, El. 16, St. 1. 2,
 Dråpb: 10, §. 4, 46, 47, B. B. U. c. ult:
 1, Sår: El. 1, 7, Sårn: medh wåd: St. 1.

Gånge
 han åter
 ut penins
 gar som
 tem vigaff
 then till
 Jord som
 bona vth
 gaff.

Falster nå
 gen Godz
 gånge som
 anor tiuffs
 nader.

Not. Lex 82. Non interest actoris cur fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate? L. 1. p. 2.

Tit: 2. 83. Evictio est rei nostræ ab alio legitimo titulo possessæ per judicem facta recuperatio. 12. 14. 30. § 1. 7. 8. *St. l. Jord: B.*

De evictionibus & 2. plz stipulatione C, 8, 45, 46. 84. Emptor venditorem de evictione, 12. § 1. 7. *St. l. Jord: b. Wårde then Jord/som bona sårde & c. Obligatū tenet, si autem res vendita evicta fuerit emptori re. jure ablata, ut fit, C, 14. Jord: b § 1. tenetur venditor vel ex stipulatione simpli, etiā naturali æquitate, simpli, sz pretium Och bōte 3. Wårck till trestiptes then Ohemolt sårde 7. Köp: St. l. aut 2plæ, duplum, non tamen bonitatis rei, sed pretij conventi restituere.*

*Notabili
ores leges*

Tit: 3.
De exceptio-
ne rei venditæ & traditæ.
St. l. 1. 2.

85. Non dubitatur, et si specialiter venditor evictionem non promiserit, re evicta ex empto competere actionem l, 6, cod: si sciens rem aliam nam emptor emit, cessat actio. l, 27, cod: hic.

86. Si autem non tertius aliquis, sed ipse venditor aut ejus heredes evictionem intentent, tunc obstat ipsi exceptio rei venditæ & traditæ: Quem enim de evictione tenet actio multo

multò magis eundem agentem re-
pellit exceptio l. 17. de evict: Si mo-
do venditio jure valida sit. Barto-
mingot/ tå år lagliga föpt. 15; Zuff: B.
El. & 27 §. 1, Jord: El. alias heredes in-
terdū, & Domini novimus evincere
imobilia posse. Nisi obstat trium
annorum possessio 18. Jord: B. El.

87. Usura (abusu) h. l. est merces,
quam creditori supra sortem credi-
tam, debitor præstat. c. 15. Nadsj: B.
16. §. 2. Kyrk: B.

88. Estq; 3plex 1. *Lucratoria* sive
mordax quæ mero mutationis offi-
cio contra naturam mutui (quod sua
natura est gratuitum) lucrum facit,
quam cõmuniter Jcti cum S. Sacra
damnant; quæ species absq; dubio 16
§. 2, Kyrk h. intelligenda. Ehen som
Ocker gör/ bõte Biskopen om 6, Marc.

89. *Compensatoria* quæ ex legiti-
mò contractu compensat justum in-
teresse & damnum, quod habet cre-
ditor eo quod pecuniâ caret.

90. *Punitoria*, quæ non tam pro-
pter

LIBER

22.

Tit: 1.

De Usuris;
fructibus,
causis & o-
mnibus acc-
cessionibus
& mora.

C. 4. 32.

Usura pro-
priè capitur
pro eo quod
accidit sor-
ti in mutuo

Hoc tamen
ex æquitate,
usura verò
præcipue ex
stipulatione
debetur.

pter lucrum petentium, quam moram
non solventium in pœnam præsta-
tur. Quæ species coincidit cum
interesse, quod est lucrum cessans aut
damnum emergens propter moram
vel contumaciam. Arg: c. 19. §. 1.
20. §. 1. Jord: El. Giffwer han ey vth
rättom Affradz dagh eller för/gielde fier-
dung högre äth sakörenom än affradie är.
&c. 29. §. 3. B: B. El. Bote Pening
på pening.

91. Et has species pleriq; Jcti nõ
in universum improbant, præcipue
si debitor factus sit locupletior, non
illam, quia non sic comòdandum a-
lijs, ut nobis sit afflictio 2. cor. 8. 13.
nec hanc, tum à parte creditoris pro-
pter præsumptum damnum, tum
debitoris propter moram, quæ deli-
cto annumeratur, & meritò punitur.
Distingvenda tamen genera debito-
rum & tenendus est modus, ut in ap-
pendice Tu skal icke fåå tina Peningar
på Defer &c Här medh skall förstås otill-
börligie Defer/ när man tager mera än
Sem för Hundrat.

92. Fructus, propriè omne id quod De Fructibus.
â re fertur dum modo renasciturũ,
significans; latè tamen eorum no-
mine, omnis rei fruitio & utilitas,
quæ etiam propter rem percipitur,
intelligitur. Welb. in par.

93. Hinc fructus, 1. *Naturales* quos
natura suâ sponte producit. Ut fœnũ
14. §. 4. 16. B: B. El. Poma, 43, El. 25,
St. l. Edz: b. 25, El. 6. St: l. Ziuff: b. nu-
ces &c. 2. *Industriales*, qui sine inter-
ventu hominis industriæ & laboris
vix extant, adjuvante tamen naturâ,
Ut frumenta & omne ex satione per-
ceptum. 19. Jordb ll. 13. 14. 16. B: b. ll.
27. 28. El. 6. 8. St: l. Ziuff: b. 3. *Civiles*
qui non ex re, sed propter rem jure
civili proveniunt. Ut pensio ædium
locatarum. 10. 11. 12. 13. B. b. St: l 16. §.
1. Nâst. Navium 15, 16. Skiep: b. usura
in app. Salaria annua. 15, El. 21. St. l.
B: b. 16, Nâst: p. 1, Förtient Lôn Item
alii *Pendentes*, qui corpori ex quo pro-
veniunt adhuc sunt conjuncti & cen-
sentur esse pars rei ut fructus fundi
qui

qui terræ cohærent. Sic fœtus pe-
coris adhuc non editus, alij *extantes*
percepti, percipiendi quos quis percipe-
re potuit, sed neglexit. An id autem hanc
engte sâdde â ty Ahreno. 22. Jord b: El.
futuri qui non dum existant, con-
sumpti &c. de quibus in vindicatio-
nibus magna est differentia.

De Accessi-
onibus.

94. Accessio dicitur aliquid adja-
cens alteri significatq; òne accessoriû
principali. Ut fructus, usura, partus,
alluvio, consolidatio &c. vid: c. 5. §. 1.
El. 4. p. 1. Et. l. Kôpimb. 19, p. 1, El. 14,
Et. l. Jord: b.

De Mora.

95. Mora est solutionis faciendæ
vel recipiendæ cum culpa dilatio.
arg: c. 11, Willhan ey &c. 14, El. 6. in
fine 7, Et. l. Kôpib. 17, p. 1, Erf: Et. l.
20, p. 1, Jord: El. 29, p. 3, B. B. El.

Notabilis
pres leges

96. Partus ancillæ in fructu non est, absurdum
enim videbatur hominem in fructu esse, cum om-
nes fructus rerum natura, hominum gratia, com-
paraverit. l. 28. Placuit siue supra statutum mor-
dum quis usuras stipulatus fuerit, siue usurarum u-
suras, quod illicitè adiectum est, pro non adiecto
haberi: & licitas peti posse, l. 29. conf. append.
In B. f. contractibus ex mora usuræ debentur. l. 32.
p. 2. Lite contestatâ usuræ currunt, l. 33. Statui-
mus

gnus nullo modo licere cuiquam usuras præteritæ
temporis vel futuri in sortem redigere, & earum is
terum usuras stipulari. Usuræ enim usurarum
à debitoribus non exigenda. ex l. 29, eod: h. t.

97. Fœnus (*à factus, cum hic pecunia
pecuniam veluti factum parit* Calv:) est
usura lucratoria, quam ex conventi-
one ad sortem mutuò acceptam cre-
ditor debitori præstat.

98. Est vel *Nauticum*, quod est usu-
ra lucratoria pecuniæ trajectitiæ. Pe-
cunia autem trajectitia est, quæ trans
mare vehenda creditur periculo cre-
ditoris. I. l. vel *Terrenum*, usura pe-
cuniæ non navigaturis creditæ peri-
culo debitoris.

99. Quorum diversa est ratio: fors
enim cui accedit *Terrenum*, est peri-
culo debitoris, cui *maritimum* sive
trajectitiû, periculo creditoris Cujac.
ideò *Naut. fœnus* non pro nudo mu-
tationis officio creditori permittit-
tur, sed propterea quod periculum
fortis in se suscipit. Ita ut naue sub-
mersâ nihil omninò debeatur. Unde
quondam centesimæ usuræ odio.

sa di-

Tit: 20

De Nautico
fœnore c. 47

33.

Diff: usuræ
& fœnons
illa propter
dammum &
morâ; hoc
propter avis
ditatem lu-
cri ex con-
ventionem
præcipue fit

Calv.

In J. R.

ſæ dictæ, quæ ſunt centeſima pars
fortis, quæ ſingulis menſibus de forſe
ſolvitur, quia ſunt pretium peris-
culi. Weſemb. hic par.

Notabilis 100. Competit hoc ſœnus ad id tempus quo
or Lex. periculum deſinit, ſublata enim cauſa ſœnoris, iſ-
pſum ſœnus tollitur. Verum tunc ſuccedunt u-
ſuræ vulgares ex l. 1. & 2. cod. h. t.

Tit: 3. 101. Sequuntur contractuum pro-
De Probatis bationes. quæ ſunt actus judicialis
onibus & quo per instrumenta teſtes vel argu-
præſumpti- menta de re dubia iudici fit fides.
onibus C. vel breviter probatio, eſt rei dubiæ
4. 19.

Probare eſt per argumenta oſtenſio. 19. 20.
plenam fi- Singm: b. Nådſt: 24, 8, Et Jör: 11.
dem rei ge- 102. Eſt vel *Artificialis*, quæ ex ipſa
ſtæ in iudi- cauſa argumentis & indicijs necella-
cio facere. rijs trahitur. Ut die Michaëlis A-
bogix hoc homicidium non comiſi.
eodem quippe tempore Wiburgi es-
ram. Vel *Inartificialis* quæ peragi-
tur teſtibus 21, 22, Singm: b. 25, Nådſt: b
& ubiq; instrumentis 10, 11, 12, & 11,
Et l Jerd: b. 8, 11. p. 1, Röp: b. 11. 9, p. 1,
B: b. Et l 11, Kong: b. ſt. l. iuramento
8, 12, Röp: b. 11, 20, p. 2, B: b. ſt. l. 21.

Särm:

Särme med willia St. l. Sex Manna
Eede &c. Dom: Reg: cōfessione pro-
pria 34. El. 11. St. l. Dräp: medh willia
Dom: Regl: Ränd jaat är så godh som
witnad. Non tamen vi extorta. Effs-
ter then befånnelse/ som en warder öfne
och plågot till/ Skall ingen dömas. Reg:
arg 13. Köp: B. El. ex anteacta vitâ &c.

Item alia plena ut testimonium 3. 6. Effter ens
Vel 12. virorum. instrum. publ. &c. Taal Skall
alia *Semiplena* ut unius testimonij o- ingen Dö-
pinio, præsumptio levis. mas.

103. Præsumptio est ratiocinatio
ex lignis, circumstantijs facti, perso-
næ & c. de re viri simili 20. 21. El. 15. St.
l. Giff: 11. Erffdb. El. ubi confangvi-
nei præsumuntur benè pupillis velle.
Item c. 13. Giff: B. El. Thå Skall man
Skada &c. Item arg: c. 26. Rådfr: b. 21. Itē 4. Rom,
Singm: b. 8. El. Dräp: medh råda. St. l.

104. Alia *juris*, quæ contrario ar-
gumento non elisa, magna in habet
probationis vim. arg: c. 19. Sing: b. 42.
Edzör El. Bppenbart Rychte. Alia
Hominis siue modica, quæ sine alijs

C ad.

adminiculis fidem non facit. Ther
Åflagaren haffwer ingen ståål/ bewittje/
ellē lifnelse till sin flagemål/ ther är Sroc
randens ney/så gott som åflagarens ja. Na
ex meris præsumptionibus nullus est
condemmandus.

*Notabili
ores leges*

105. Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui
negat. l. 2. Actor, quod adseverat, probare se non
posse profitendo, reum necessitate monstrandi cō-
trarium non adstringit; cum per rerum naturam
factum negantis probatio nulla sit. L. 23. cod: h.

Tit: 4.
De Instru-
mentorum
& eorum a-
missione.
Cod: 4. 21.

106. Instrumentum in jure acci-
pitur 1. Latè pro quavis probatione
sive testis sive scriptura vel confessio
2. Strictè ut hic pro scriptura, quæ fide
rei gestæ facit & causam instituit,
ut Chirographi, APOCHÆ &c. 9. 10. 11.
St. l. 31. 32. El. Kong: b. 8. El. 6. St: l.
Högm: B. 6. 12. 14. ll. Dråpm: medh wil-
ia 15. §. 1. 16. §. 5. Kyrck: B.

107. Sunt *Publica*, à publicis per-
sonis confecta. 10. 11- 17. El. 9. 11. St l.
Jord: b. 10. Erffd. St. l. 9. §. 1. B. B.
St. l. 11. Dråpm: inz will: ll. Tingm: Vel
Privata 33. El. 11. St. l. Kong: 15. Jord:
B: El. 8. El. Röp: Item *Originalia* sive
Authentica & exempla.

108. Amisso instrumento obligatio eo contenta non extinguitur nec est inutilis, si aliis modis probari possit. ex l. 1. cod: conf: c. 11. *Jord B. 22* *Not: Lex*

109. Testis est persona, quæ legis timè ad rei alicujus fidem faciendâ vocata, testimonium perhibet 1. 4. 5. *Tit: 5. De Testibus* cod: 4. 20.

Röp: St. l. 24. Nådst. & ubiq; in J. N.

110. Testes erunt idonei, exceptione majores, jurati 20. 21. *Singm: B.*

præcipuè in criminalibus. Regulariter testari prohibentur, infamis 21. §. 1

Sing. impubes Ryrf: 9. §. Rustic9 in urbib9 & vice versa, 26. Nådst: Cû tamen

exceptione cap. eodem. & 11. §. 4. *Sing: b. Bpl. L., domestici 10. Sing: b*

Hels: L. propriam domum & fixam sedem non possidens, 33. Sing: b. co-

gnati, qui tamen interdum admittuntur. c. 12. §. 1. Erffd El. Fåwåri hona

henna fränder medh 12. Manna Sede. Mulieres, nisi in quibusdam casibus

vid: 22. El. 17. St. l. Giffem: b. 5. El. 4. St. l. Erffd: 14. El. 13. St. l. Dråpm: m9

wåda. etiam nonnunquam in criminalibus, ut praxis docet. Inimici

Affwundzman bör icke witna. Reg: Jud.

Gen. 28. icke witna
Reg: Jud.

J allom
witnon
och cedom
skula Bols
faste Mån
wara.

& arg: c. 41. Ring: b. Vacillantes **Imetas**
liga. arg: 23. Ring: 9. Kädf: peregrini:

Notabilis
ores leges

111. In testimoniis dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est. Ideo testes vacillantes audiendi non sunt. l. 1. arg: Ring: 23. Kädf: B. 9. Nullus idoneus testis in re sua intelligitur l. 10. Adversus, scriptam testationem, testimonium non scriptum, non admittitur. L. 1. Cod.

Tit: 6
De ignorantia iuris & facti. c. l. 18.

112. Solet & ignorantia præsumptio ab onere probandi relevare l. 21. de prob. Ignorantia est 2pl: 1 *iuris* quando jus, sive quid honestum, quid turpe, quid faciendum aut fugiendum ignoratus, quod tamen scire deberemus, unde dicitur affectata, crassa, lupina. vid: C. 25. Ring: 12. Kädf: b. 15. 34. 9. 4. Köp: b. St. l. 14. St. l. Kong: B.

Turpe est ignorare ius in quo versamur ff. de brig: J.

113. Quæ est, vel juris *Naturalis* seu *Divini*, vel *Positivæ*, illa semper obest & excusationem non meretur, hæc, quanquam in lucro faciendo non proffit l. 4. & 7. hic, nec commodè excuset, tamen petentibus rem propriam non obest. l. 7. hic *in omnibus enim juris error, in damnis omittenda rei sue non nocet* l. 8. h. t. quod in civilibus receptum, alias in criminalibus er-

ror juris positivi non excusat à pœ-
nis (nisi doli) latae culpæ præcipue
in alterius injuriam tendentis. Et
præsumptio juris, ignorantiam juris
alleganti obstat. Quia omnes jus sci-
re tenentur. Exculantur tamen quo-
dammodo impuberes arg. 11. 12. El.
10. 11. St. 1. Drapm: m; wada 36. Edy: b.
El. & plerumq; foeminae, milites
& simplices.

Lata est cul-
pa ius com-
mune igno-
rare.


114. 2. *Facti*, quæ est error rei ge-
stæ, quando agens ignorat quasdam
circumstantias facti in quibus prima-
ria vis actionis consistit. Quæ cir-
cumstantiæ secundum Ethicos sūt. 8.

Ignorantia
facti, quam
si pœniten-
tia subsequi-
tur, ut pluri-
mum excu-
sat.

1. Ignorantia ejus *Rei* quæ agitur.
sic inter loquendum verba inter-
dum ore excidunt, quæ tamen in a-
nimo non habebat. arg: c. 43. Tingu: b.
Dro medh hasfigo modhe. 15. El. 14. St. 1.
Drap medh wada. 12. Crff: b. 11. Wthan
moder & c. 20. f. 1. Edy: b. St. 1. 2.
Persona illius cum qua nobis est ne-
gotium. arg: c. 15. f. 1. Ryrk: b. ellet
dyle & c. 2. f. 2. El. 2. f. 1. St. 1. Crff: b.

3. *Objecti* 3. *U.* & *Stl.* Drap. m. wada
 4. 5. 6. *U.* 3. 5. 6. *St. l.* Sarm. m. wada. 4.
Loc. ut si quis venatus fuerit in loco
 prohibito. 34. *Ron.* *U.* quem ignorave
 rit esse perhibitum. 5. *Temporis.* c.
 2. §. 2. *Jord.* *St. l.* 6. *Instrumenti.* Arg
 c. n. *Erff.* b. in pr. *U.* 19. *Edjörb.* *St. l.* 7.
Causa finalis. arg. c. 44. §. 1. *U.* 17. §.
 1. *St. l.* B. B. 8. *Modi agendi* arg. c. 44.
 B. B. *U.* in pr. n. *Erff.* b. *U.* 19. *Edjör.* *St.*
l. in princ. Notant etiã. *Ethici* longe
 aliud esse per ignorantiam, quàm i
 gnorans agere, ille excusationem hic
 non ita, meretur.

Notab. U. 115. *Juris ignorantia* non prodest acquirere
 volentibus, suum vò petentibus non nocet. L. 7.
 proximè de *Regula est: Juris quidem ignorantiam cuius; noce-*
sponsalibus re: Facti vò ignorantiam non nocere. L. 9. Cons
& Nuptiis stitutiones principum nec ignorare quenquam,
agendum, nec dissimulare permittimus L. 12. cod, hic



COROLLARIA, 2. *Ethica.*

I. DE PIETATE.

AN *Ethici* sit agere de pietate? *Aff. D.*

Am

2. An pietas alia sit salvifica & Theologica, alia moralis & philosophica, Aff.

3. Hæc est virtus Deum religiosè riteq; (secundum cujusq; populi ritum) colendi, consult. præses disp. Eth. 4. ta.

DE JUSTITIA.

4. An justitia rectè secatur in universalem & particularem? Aff.

5. Illa est universa virtus (omnium virtutum complexus) quâ obedientia omnibus legibus & virtutibus cæteris præstatur; Hæc est virtus mor. quâ suum cuiq; de rebus externis communibus vel particularibus tribuitur.

6. An hæc rectè dividatur in distributivâ & commutativam? Aff.

7. An illa in rebus communibus, geometricam, & hæc in contractibus, Arithmeticam proportionem servet? Aff.

8. An poenæ potius infligantur secundum proportionem Arithmeticam, quàm geometricam, Aff.

1. An volenti, strictè loquendo, fit injuria. N.

2. Politica.

DE SUBDITIS.

1. Subditi sunt partes Reip. quæ sumæ potestati obligantur, propter quod Reip. fruuntur privilegij.

2. An Commodè dispeſcantur in mixtos, potestatis aliqujus participes & juris dicti in excedentes, quales principes senatores, Episcopi &c. Et mixtos, potestatis expertes, quales mercatores, gregarij milites, opifices, Rustici, item in proprios, homagio adstrictos & in proprias tantùm ratione honorũ subjectos? Aff.

3. An subiciantur vel in civitate, vel domicilio vel armis? Aff.

4. An Rex in subditos jus vitæ & necis, sive male, sive bene vixerint habeat? N.

5. Utrum præstet habere divites subditos, quàm locuples Erarium? Aff.

6. An subditi tempore pacis ad bellum preparandi? Aff.

